









1664.

1. Coles, Philipp Albert: De Veneris et Mercurii
phasibus.
2. Coelerus, Philipp Albertus: De variis mundi
systematibus.
3. Klingelius, Christian: De majoratu.
4. Lederer, Michael Fridericus: De Testamentis
5. Leiser, Wilhelm: De landsassis, item
que schriftsassis et amtsassis.
6. Leiser, Wilhelm: De titulo.
7. Liebertanz, Michael: De Parricidio Osman-
nidarum.
8. Mantius, Johannes: De consiliario Prin-
cipis.
9. Martini, Werner Theod.: De celeberrimo
... imperio Romano Germanico in genere,
et in specie de Imperatore Augustissimo. 2 Bände.
10. Neyer, Joachim: De exceptionibus.

- 11 Neyer, Joachim : De juramentis.
- 12 Schurzfleischer, Konrad Samuel : De seruitute,
- 13 Strauch, Georgius : Τὰ σπικτιμια καὶ τὰ
 νοουτων. id est, praeci publicae puenstem
 hinc ritus.
- 14 Ziegler, Theophrastus : Secretatus de juribus
 majestatis, apud de Jure habendi comitia
 et mittendi legatos.
15. Horing, Johannes Ernst : De jure siglorum et
 venationis.
2. Lederer, Arnold Fredericus : De mutuo.
3. Lederer, Wilhelm : De reconventionem
 siue mutuis petitionibus in d. ~~l. 1.~~
 Cum Papinianus 14. . . C. de sententia. et.
 interuention. bon. judic. . .
4. Lederer, Wilhelm : De exceptione non nume-
 ratas pecuniae.

1665

5. Lenz, Wilhelm: De statu et veteris
 rei publicae Romanae et Romano Ger-
 maniae.
6. Martini, Werner Theodor: De obligationibus
 ex delictis et privatis delictis in specie.
7. Mejer, Fructus: De jure singulorum,
 circa res hostiles mobiles in bello et
 captas, ea § 17. Institut. Imperial. de
 rerum divisione.
8. Mejer, Fructus: De pœnis delictorum in genere.
9. Mejer, Fructus: De pupillari substitutione.
- 10^a Mejer, Fructus: De postulando.
- 10^b Pranchet, Augustin: Synoptique de la législation haeresis
11. Ziegler, August: De auctoritate edicto.

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]



EXERCITATIO JURIDICA
DE
TESTAMENTIS

Quam
D. O. M. A.
IN

CELEBERRIMA ACADEMIA WITTEBERGENSI

CONSENSU

MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS,
SUB PRÆSIDIO

VIRI NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSUL-
TISSIMI;

DNI. MICHAELIS FRIDERICI
LEDERERI,

J. U. Doctoris longè dignissimi Patroni
Fautoris summa animi observantia
honorandi.

Publico Examine submittes

DAVID HERMANNI

Holmiâ Suecus

A. & R.

in Auditorio Ictorum

Die 28. Aprilis.

Wittebergæ, typis Johannis Flaken, 1664;



Quod Bene vertat DEUS!

Thes. I.



DE Testamentis dissertationē
conscripturi, in primis Etymos
logiam Nominis levi brachio
ut attingamus, operæ pretium
esse censuimus, moti *l. i. ff. d. j.*

*Et J. ubi Ulpianus inquit: juri operam da-
turum prius nosse oportet, unde nomen juris
descendat: vera siquidem hæc disciplinæ est
ratio atquæ ordo, utâ scientiâ verborum ini-
tiū faciamus, utpotè quæ R E I propositæ vim
demonstret, & ab omni ambiguitate liberet,
ac rem non mediocriter illustret. Coras. ad l.
i. ff. d. j. Et J.*

Thes. 2.

Nomen ergò ipsum quod attinet, dicitur
Testamentum, à **TESTATIONE MENTIS**
in pr. inst. d. Test. ord. h. e. ultimæ voluntatis
Vvesenbec. in parat. ff. d. T. Et qui Testam.

A

fac.

fac. poss. Quam Nominis Etymologiam ridet
Gellius l. 6. Noct. Att. Valla & alii Gramma-
ticis additi, quod TESTATIO MENTIS ad
mentem idem conferat, quod in voce Calce-
amentum, Pavimentum, Paludamentum,
vestimentum, sed injuste. Nam non nomi-
nis ἔτυμον quasi à TESTATIONE & MENTE
esset compositum, sed REI significatio est in-
spicienda, quasi sit Testimonium s. Testatio
Mentis vel voluntatis. Henr: Zoef. C. all. The-
oph. inst. Dicendum itaq; potius allusionem
quam Nominis derivationem esse. Jul. Pac-
ad Rubr. Tit. 5. de Test. ordin. Bachov. in Not.
ad Wesenb. n. 3. Duar. quest. 1. c. 2. add. &
Schneidov. in question. unde dicitur Testa-
mentum. Verum ejusmodi adniversio-
nes inquit Harprecht. in Comm. ad inst. d. E.
& V. dignæ quidem sunt hominibus gram-
maticis, at Jurisconsultis, qui Grammatico-
rum Regulis non inhærent (quod quidem αἰ-
πλῶς sensisse egregium Jctum vix credibile
est) sed in exquirendis Nominum originibus
licentiores sunt, omnino indignæ. Neq; ju-
risconsulti semper ex verbis more Gramma-
ticorum, sed plerumque ex re ipsâ Notatio-
nem

nem vocabuli mutuantur. *idem in inst. d. Testam. ordin.*

Thef. 3.

Antequam ad Definitionem REI gressum faciamus, non immeritò vocabuli Testamenti eruimus ambiguitatem. Sumitur itaque vox Testamenti (1) *GENERALITER*, pro *CODICILLIS*. l. 2. ff. d. Tabul. Exhib. l. 3. pr. ff. d. Test. Tut. l. 6. §. 3. l. 8. §. 2. ff. d. jur. Codicill. & pro aliis minus solemnibus & imperfectis Testamentis. (2) *SPECIALITER*, strictè ac propriè pro Testamento perfecto, prout Codicillis opponitur. l. *si idem* Codicill. 7. C. d. j. Cod.

Thef. 4.

Aliis quoq; Nominibus insignitur: dicitur enim (1) *MODERAMEN VOLUNTATIS*. l. 8. C. qui testam. fac. poss. (2) *SUPREMUM seu ultimum MENTIS JUDICIUM*. l. 1. ff. d. honor. poss. ex Testam. milit. l. 1. habeat C. d. SS. Eccles. (3) *SUPREMA VOLUNTAS*. l. cum hic status 32. §. ait oratio 2. ff. donat. int. vir. & uxor. Germanis dicitur *Letzter Wille*.

Thef. 5.

His de Nominis Definitione præmissis, i

A 2

psam

in Rem tangimus, eamque hoc modo cum
Modestino l. 1. ff. qui Testam. fac. poss. descri-
bimus: *Testamentum est voluntatis nostrae
iusta sententia, de eo quod quis post mortem
uam fieri velit.*

Thes. 6.

Genus in hac Definitione ponimus
sententiam, Quia ea Testamento latius pa-
tet. Nam sententia dicitur non tantum volun-
tas Testatoris, verum etiam Placitum Legis-
latoris, responsa prudentum & jurisconsul-
torum. *S. Responsa 8. inst. d. J. N. G. & C.* praete-
rea additur à Modestino *voluntatis*, quia in
Testatore integritas mentis, non corporis sa-
nitas requiritur *l. in eo 2. & l. in adverta 17. ff.
qui Testam. fac. poss.* nisi epilepsia atque
Apoplexia laboret. *ἐπιληψία* enim sensum
atque mentem apprehendit & Apoplexia a
alienationem mentis inducit, indeque factio-
nem Testamenti aufert. *Excell. Gerhard. in
Tract. d. T. R.* Denique adjicitur in Testamē-
ti definitione *voluntatis nostrae*, quia Testa-
mentum in voluntatem alterius non debet
conferri *l. illa 32. ff. d. hered. inst.* nec ultima
volun-

voluntas pendere potest ex alieno arbitrio,
quia certum esse debet consilium Testantis.
Hinc dicendum, Testamentum, quod dolosis
persuasionibus vel minis, vi metuve aut duris
verbis ac importunis sollicitationibus est ex-
tortum, nullum esse. *Excell. Richter d. Te-
stam. Huc quadrat. Et Const. Saxon. §. d. Te-
stam. p. 3.* Das kein præsumption und vermu-
tung vorhanden darauß abzunehmen das der
Testator sein Testament nicht freywillig verord-
net / sondern denen zu gefallen so bey ihm seind
durch welche er mit harten Worten oder unge-
stümen anhalten / zu testiren gebracht worden.
Eum verò qui testari coegit successionis lu-
cro ut indignum privari & fisco locum fieri.
l. 1. ff. si quis aliquem Testari prohib. l. 1. C. cod.
licitum tamen inquit Gaius 2. obs. 117. n. 4.
blandis ac amicis verbis ad testandum com-
movere, si fiat absque metu & testantis vo-
luntate; præsertim uxoris postremum judiciũ
in se provocare maritalibus blanditiis non est
criminofum *l. 3. ff. si quis aliquem Testar. pro-*
hib. nisi prius verberibus, vel minis uxori me-
tũ maritus intulerit eij; Hæreditatem blando
sermone ambierit, eãq; assiduis & importunis
petitionibus extorferit. ejusmodi enim blan-
ditia

ditia instansissima habent vim minarū. *Naur.*
in C. Z. Per sententiam verò justam intelligi-
mus eam, quæ est secundum leges præscriptas
composita *Cujac. ad l. 1. § 3. ff. qui test. fac. poss.*
Dissentiunt variè Doctores, Alii enim accipi-
unt pro perfectâ ut *Barth. in l. 1. ff. qui Test.*
fac. poss. Vultej. in pr. inst. d. Testam. n. 24. §
seq. alii pro solemnibus, vgl. d. loc. n. 29. Mynsing,
n. 9. inst. d. Testam. Qui dum à se alie-
ni esse volunt aut videntur, amicè con-
spirant. Ultimò dicitur in hac Definitione
De eo quod quis post mortem suam fieri velit.
quæ ultima definitionis verba indicant diffe-
rentiam inter Testamentum & contractus, qui
inter vivos fiunt, à quibus alterò invitò, rece-
dere minimè gentium licet *l. in commodat. 17.*
§. 3. ff. Commodat. Testamenta verò semper
vivo Testatore ad mortem usq; revocari pos-
sunt. *l. 4. d. adim. Leg. nec valere incipiunt*
nisi post mortem testatoris, l. 1. C. d. SS. Eccles.
cum viventis nulla sit hæreditas. l. 1. ff. d. Hæ-
red. § action. vendit.

Thef. 9.

Cæterum agendum est de divisione Te-
stamenti: dividimus autem Testamentum in
sole-

solemne & dicitur *Paganum*: & minus sole-
mne & dicitur e.gr. *Militare*: utrumque scri-
ptum vel *Nuncupativum*.

Thef. 9.

In conficiendo Testamento in scriptis spe-
ctatur Persona Testantis, modusq; Testandi &
personam itaque primum consideremus, se-
cundum Caji monitum l. 4. ff. qui test. fac.
poss.

Thef. 10.

Circa Causam Efficientem seu Personam
Testantis est prius advertendum, an Testamē-
ti habeat factionem activam & an justè & legi-
timè fecerit d. l. 4. d. Testam. l. 1. §. 8. exigit ff. d.
bonor. possess. secund. tabul. Ergo qui facit te-
stamentum debet esse civis Romanus; Civis
autem Romanus is est, qui in orbe Romano li-
ber est ex *Constitut. Antonini* l. 17. ff. d. *Statu*
Hom. (2) Pubes h. e. masculus 14. annorum,
licet ultimus decimi quarti dies non sit com-
pletus, quia ille coeptus pro completo habe-
tur, *Harprecht. ad §. 1. inst. quibus non est per-*
miss. fac. testam. foemina, vero duodocennis
l. 5. quâ etate ff. qui test. fac. poss. (3) *Sui juris.*
Sui autem juris censentur ex consuetudine

Hodie

Hodierná, qui elocati sunt in matrimo-
nium l. proprios lares fovent, vel suæ pro-
priae negotiationi honestæ committuntur.
quæ consuetudo recepta est, apud varias Na-
tiones, nempe Burgundos, Italos, Gallos, Hi-
spanos & Germanos ut refert Baro ad tit. inst,
quibus modis Patr: potest. solv. (4) Sani mente.
l. in eo 2. ff. qui test. fac. poss. Das der so ein Te-
stament machen will / soll bey voller Vernunfft
sein und mächtig seiner Sinnen. secundum jus
Lubecense Lib. 2. Tit. 1. d. Testam.

Thef. II.

Prohibentur v. Testari (1) filii familiæ, pr.
inst. quibus non est permiff. fac. Testam. licet
sint studiosi, quia non sunt sui juris, sed alieno
juri subjecti, cum non possint velle nec nolle
l. 4. d. R. J. l. 19. ff. qui test. fac. poss. traditurque
à Dd. quod nec Doctoratus à Patriâ Potestate
liberet l. 4. l. 14. C. d. A. D. jud. de peculio pro-
fectitio etiam consentiente patre l. 6. ff. qui
test. fac. poss. ut & de peculio adventitio etiam
eo sensu quo tam ususfructus quam proprie-
tas extraordinario modo ad filium familiæ
spectat. Peculium autem Adventitium est,
quod ex maternis bonis sive ex Testamento,
s. ab intest. ad filios fam. devolvitur l. 1. C. d. B. N.

Pecu.

Peculiū q. profectitium appellatur: quod ex Pa-
ternis bonis proficiscitur l. profectitia §. ff. in pr. d.
jur. dot. Et hoc tam quoad proprietatem quam
quoad usumfructum ad Patrem pertinet §. 1.
igitur: inst. per quas pers. cuique acquir. cur v.
Testamentifatio filiis familias sit adempta: ra-
tio in prōptu est, quia Testamentifatio est juris
Publici h. e. jure Publico & legibus tribuitur
l. 3. h. t. & facultas Testandi certis Personis
h. e. Patribus familias ex Lege 12 Tabularum
concessa. l. verbis. r20 ff. d. V. §. & intuitu Mi-
litia & studiorū. Nihilq; habeat Proprii de quo
Testentur. Ulpianq in fragment. tit. 20. §. 10. sec9
est de Castrensi peculio l. quasi. Quasi Castren-
si peculium est quod acquirit filius familias ex
aliquā operā publicā, ut si sit doctor ex advo-
cationibus l. si sit medicus ex curatione Homi-
num, l. Notarius ex confectione instrumentor-
um. Sichard. ad Rubr. C. qui Test. fac. poss.
n. 10. Peculium a. castrense vocatur quod à Pa-
rentibus vel cognatis in militia agenti donatum
est, vel quod ipse filius familias in militia acqui-
sit, quod nisi militaret adquisiturus non fu-
isset l. castrens. 11. ff. d. Castrens. Pecul. in iis pro.

B

Partes

Patre familiars reputatur: l. si quis 6. §. ult.: ff.
d. injust: rupt: irrit: fact. Testam: l. pen: &
ult. C: qui Testam: fac: poss: (2) Furiosi
qui continuo furore agitantur; §. 1. inst. quib;
non est permiss. fac. Testam: continua n. mentis
alienatione omni carent intellectu ut ait Ma-
cer: in l. Divus 14. d. off: presid. si verò dilucio
das habent furoris inducias, tempore in-
termitti furoris testari h. e. hæredem instituere
possunt l. furios. 9. C. b. t. Si verò Testamen-
tum sit conditum à Demente qui habet diluci-
ca intervalla & ignoratur, an tempore sanitatis
vel tempore dementiæ factum sit, præsumitur
hoc factum tempore sanitatis Jason in l. furi-
os. 9. C. qui testam. fac: poss. (3) IMPUBERES
propter defectum animi & iudicii §. prætereà
1. instit quibus non est permiss. fac. Testam.
quicquid enim illa ætas videt, ignorat l. 1. C.
d: monet: fals. Adultus curatorem habens
quin testari possit non dubitatur teste Gailio 2.
obs. 96. n. 8. & Mynsing. 3. obs. (4.) Mutus &
Surdus. §. 3. inst. quib. non est permiss. fac:
Testam. quia secundum Sichard. ad l. 10. n. 3.
in fin. C. qui Test. fac. poss. is qui natura simul
mutus &

tus & surdus est, h. e. qui planè nihil loqui & au-
dire potest, non præsumitur esse sanæ mentis,
sed esse tanquam truncus & homo mortuus, si
vero mutus scribere possit, surdus si loqui pos-
sit, ille in scriptis, hic nuncupativè de jure no-
vo testari potest. Balbutientes autem aut surdas
stri testari non prohibentur *l. discr. 10. C. qui Te-
stā. fac: poss. (4)* **PRODIGUS** cui bonorum adminis-
tratio est interdicta *l. 18. ff. qui Testā. fac: poss.*
quia cōparatur furio *sol. 12. ff. d. Tut. & curat.*
dat: ab his & c. quatenus scil. circa bonorum
administrationem, in bonis diminuendis fu-
riosum facit exitum, siquidem extra bonorum
ad ministrationem, potius minori vel pupillo
æquiparatur *l. cert. condict. 9. §. sed etsi 7. ff. d.*
rebus cred: ante interdictionem vero à magi-
stratu factam prodigus non habetur, sed omnia
facere potest, sive contractuum sive Testamen-
ti jura respiciamus *Bronchorst. ad. l. 40. d. R. J.*
Prodigus injure Romano. dicitur is. qui neque
tempus neque finem expensarum habet, sed o-
mnia bona sua dilacerando & dissipando pro-
fundit *l. 1. ff. d. curat. furios. & extra min. dat:*
Der sein Haab und Gutt übel gebrauchet / böß-
lich anwendet üd verschwendet / unnützlich leicht-

B 2

fertig

fertig durch bringet. Churfürstliche Gnädigste
cōfirmirte Vormundschaft Ordnüg des Rathes
zu Dresden. Anno. 1661. cap. 1. (6) admittuntur
Cæci non quidem ad promulgandum ultimū
Elogium in scriptis sed per Nuncupationem,
si modo audire & loqui valeant. l. hac consult.
& C. qui Test. fac. poss. l. 29. C. h. t. legē v. hanc
intelligim⁹ cū Excell. Richter in Tract. hui⁹
Tit. : non de iis quibus pupilla oculi est obscu-
rata, nec de monoculis, nec de iis qui post Te-
stamentum conditum Cæci sunt facti, Testa-
mentum secundum regulas juris Civilis factū,
non annullatur l. infirmatur. Regula n. juris
Canonici est: Legitimè factum retractari non
debet, licet casus postea eveniat à quo non potu-
it inchoari. cap. factum 73. d. R. j. in 6. etiam
Eunuchiper l. 5. C. qui Testam. fac. poss. cum
integri sint mente & iudicio Peretz n. 3. C.
d. Testam. Et quemad. licet morboſi appel-
lentur l. 7. ff. si autē quis ita spado Et c. d. edilit.
edict. de Eunuchis latè agit Goedd. ad l. spado-
nes 28. ff. d. V. S. ut & qui manum amisit, vel
in rixâ, bello vel in conflictu. Qui man. l.

10 ff.

10. ff. qui Testam: fac: poss: hic enim nuncu-
pative testari potest licet non in scriptis. per
l. jubemus 29. Cod. d. Testam: & quemad:
Testā: ordin: (7) à Testamētifactione arcentur
Hereticil. 4. §. 5. l. 19. & Auth. seq: C: Heret:
quales sunt qui errorē circa fidem, pertinaci-
ter defendunt quomodo & nomen habent
à pertinaci Spiritu & Opinione singulari.
Zoes. in C. d. Heretic. & Manichæis & Sama-
ri: Tales vero in Romano Germanico
imperio non sunt, qui à Catholicā Roma-
nesi Ecclesiā alienam i. e. Orthodoxam pro-
ficientur Religionem & Lutherani dicuntur.
(8) Servi l. 16. l. 19. ff. b. Tit. quia Servi pro-
mortuis habentur 32. l. 209. d. R. J. neque l.
caput civile h. est libertatem habent, l. 3. ff. d.
capit: minut: Hodie vero antiqua illa servitus
abolita est, nostri enim servi quā statum servi
non sunt sed liberi, habent jus nuptiarū, patriæ
potestatis ideoq; Testari possunt, quoad offi-
cia vero Servi vocantur. Servitute teste Bo-
dino ab anno Christi 1200. planè imminuta.
Numerum hunc augent damnati, non ob crimē
capitis, eorum enim bona hodie debentur le-

§ 3

gissimis

gitimis Hæredibus ad tertium usque gradum.
Auth. bona damnat: C. de bon. proscript. sed
Lese Majestatis. h. e. qui contra Regem con-
spirant aut aliquid hostile moliuntur aut aliud
agunt ex quo majestas lædatur. huc inseri po-
test jus nostrum svecicū, cujus verba ita sonant.
hwilken som reeser hâår mote konunge eller ryfe-
sens Herra / eller försäte gör at han will han
fånga / eller dråpa / han åger mista lys / och alt
alt han åger. N. M. B. St. L. c. 8. L. L. c. 9. &
eorum bona applicantur fisco. Novella 134.
C. 3. (8) CAPTI AB HOSTIBUS. quia captivita-
te sunt servi. S. 4 inst. d. jur. pers. Et S. 5. si ab
hostibus inst: quibus nodis Pat: Potest: toll: l.
S. S. 1. ff. d. Stat. Hom: Hodie nulli amplius
ex captivitate fiunt servi, nisi bellum geratur
eum Turcis & aliis hostibus Christianæ Reli-
gionis acerbissimis, apud quos adhuc manet
mutuum captivitatis & servitutis jus.

Thef. 12.

Postquam perspeximus de Testamenti
Causa Efficiente, reliquum est, ut etiam inquiramus,
quænam debeat esse ejus materia. Certum est nihil interesse,
sive sit Charta pargameenum, sive lingue tabulæ. S. 12. nihil. inst. d. Te-

stam.

stam. ordin. ante usum chartarum repertarum apud veteres scribendi mos fuit in ligneis tabulis ceratis, quibus inscribebant stylo acuto osseo vel ferreo. Deinde cum successu temporum utilissimum chartarum usum *Ægyptius* quidam Teste *Varron. lib. 3. c. 13* invenisset desierunt in ligneis tabulis ceratis scribere: undè Hodierno tempore Testamenta ut supra memoratū in Charta ex linteis contulis facta & membrana scribuntur.

Thef. 13.

His expositis videamus formam Testamenti; quæ consistit in *Hæredis institutione aut justâ Exheredatione*. In Casu Exheredationis sequimur jus Novellarum, præsertim *Novell. 115.* in quâ 14. Causæ exprimuntur à Sacratissimo Imperatore & Hisce includuntur versiculis: quos refert *Wesenbec. in ff. d. liber. & posth. Hæred. inst. & Exhered.*

Bis septem ex causis exheres filius esto:

- (1) Si Patrem feriat, (2) vel maledicat ei:
- (3) Carcere detrusū si negligat, (4) aut furiosū.
- (5) Criminis accuset, (6) vel paret in sidias
- (7) Si dederit damnū grave: (8) si nec ab Hoste redemit:

(9) Testa-

(9) Testariue vetet (10) se societue malis:
(11) Si mimos sequitur: (12) vitietue cubile pa-
rentum:

(13) Non Orthodoxo: (14) filia si meretrix.
Testium adhibitione, & in ipso Testandi facto.
Hæredis institutio scribi debet, vel manu pro-
pria Testatoris vel à quolibet alio Novell. 1.9.c.
9. Huc accedit & Statutum Lubecense Das ein
jeglich Testament nach Lübischen recht in Titus
tionem Hæredis haben muß. Art. 12. Tit. 1. lib.
2. d. Testam. & Legat. ejusque hæc afferri po-
test ratio, quod Hæredis institutio sit Basis, atq;
fundamentum totius Testamenti, nullum enim
Testamentum subsistere potest, quod hæredem
non habet §. ante hæred: 34. inst. d. Legat. l.
181. ff. d. R. 7.

Thef. 14.

Modus adhibendi Testes in Testamento rã
scripto quam Nuncupativo requirit, ut septẽ
sint idonei. Veteres numerum hunc septenariũ
perfectissimum habuerunt teste Liebenthal
in Coll. polit. sanctum & venerabilem appella-
runt Wendel. in Polit. all. Limn. d. J. P. Pal-
ladi: Apolloni consecrarunt Harprecht. inst.
d. Test. ordin. de numero hoc septenarjõ con-
sul.

ful: Lambert: Dana: Arumai Exercit. 7. aa
inst: b. t. Et ad evitandam falsitatem fraudisq;
suspicionem septem testes adhibuerunt. l. 32. C.
d. fideicom. Hinc in Terris imperii hæc sep-
tem testium solemnitas adhuc in viridi est ob-
servantia; ut constat ex *Constitut. imperii* Das
nach Keyserlichen Rechten auff's wenigste Sie-
ben Zeugen noth seyndt. &c. Porro requiritur,
ut in testamento solemniter in scriptis testes non
fortuito, aut casu interveniant, sed ad hunc
actum specialiter sint rogati h. e. vocati & invi-
tati: l. heredes 2. §. 2. ff. d. Testam. hierzu son-
derlich zusammen beruffen und erbeten *jus Ba-
varicum* Tit. 34. Art. 1. Rationem affert *Man-
rica d. conject. ult. vol. l. 20. Tit. II. n. 14.* quod
nullam aliam ob causam rogentur aut invitentur
Testes, quam ut appareat Testatorem non
jocosè & perfunctoriè, sed seriò, ultimam suam
voluntatem declarare velle. Testes subscri-
bant. quisq; propriâ manu si singuli scribere
calleant: Ratio quia veritas Rei gestæ per scri-
pturam melius probatur, l. cont: 4. ff. d. Pig-
nor: & l. 5. C. d. Transact. ille verò testis qui
scribere non potest, alius contestis subscribat,
modo in subscriptione mentionē faciat, quod
C nimi-

nimirum testis scribere nesciat *l. fin. C. d. Test.*
Et quemad. Testam. ordinentur. Et c. signent
proprio annulo sive aureo, argenteo, ferreo,
aeneo, plumbeo. mit ihren gewöhnlichen Sie-
geln bezeichnen *Constit. imperii Colon. de Anno*
1512. von Notar. vel alio quodam impresso, dū
tamen habeat formam, insculptamque signi i-
maginē l. 22. §. signum ff. d. Testam. qui testam.
fac. poss. Ratio quia non materia signi sed fides
signantis est spectanda: *Mascard: d. probat:*
vol: 3. Con. 1309. incip: Sigill: n. 23. vel a' ieno
§. 5. inst. d: Test. ordn: l. 12. C. d. Testam:
dummodo in subscriptione disertè profiteantur
& attestentur se in defectu annuli signatorii
proprii, alieno signasse. Ratio quia is, qui alie-
no annulo signat quando Testamenta aperi-
untur, & signum suum proprium non videt,
facile dubitare potest, cum labilis sit hominum
memoria. *l. 44. in fin. ff. d. acquir: l. omitt. Poss.*
quod etiam de jure Bavarico observatur, ubi
dicitur, &c. Hätte aber ein Zeuge nicht
eigen insiegel oder Pettschaft / so mag woll
ein anderer Zeug sein insiegel für ihm und in sets
nem Nahmen gebrauchen / doch das in dem un-
ter schreiben solches ausdrücklich gemeldet werde.

Art. 10

art. 1. Tit. 34. Testes sint in præsentia Testatoris, cumque non modo audiant, sed etiam videant l. 9 C. d. Testam. Et quemad. Testam. Ratio, quia magis veritas oculatâ fide, quàm per aures animis hominum infigitur §. 9 inst. d. grad: cognat. Excluduntur ergò à Testimonio Sæci. Surdi, Muti. §. 6. inst. d. Testam. ordn: l. discret. C. qui Testam: fac. Domestici Testatoris §. 9. inst. in Test. d. Testam. ordin. Domesticum enim Testimonium reprobatur, nisi in facto alio de nocte ubi alii testes dari nequeunt vid. jus Lubec: lib. 5. Et Tit: 7. d. Testib. Legatarius verò Testis esse potest, quia principaliter Hæredis, minus principaliter & in consequentiam tantum Legatarii causa vertitur, Harprecht: ad §. 11. inst. h. T. Liberi in potestate patris constituti §. 8. pater inst. d. Testam. ord: quia Pater & filius pro unâ personâ reputantur l. fin. C. d. impub: substitut: & nemo in propriâ causâ Testis esse potest. l. nullus 10. ff. d. testibus & ex transversalibus fratres in probrio, secus in Extranei Testamento §. 8. inst: h. t. quia nil nocet, ex unâ domo plures testes alieno negotio adhiberi

C 2

l. ad

l. ad testium 22. in princ. ff. qui Testam: fac: poss: l. pater 17. ff. d: testibg. Impuberes. Mente capti. & Prodigii §. 6. inst. h. t. Furiosi qui non habent intermissionem l. 20. §. 4. ff. h. t. testes invit. d. l. 20. §. ult. ff. h. t. nam Testes qui voluntariè non adsunt magis pati quam agere aliquid videntur. Mulieres licet in Causis civilibus & criminalibus testari possint. l. 20 §. 6. ff. qui test. fac. poss: si quidem veteres ad solemnia nõ adhibebant foeminas: inter solemnia autè numeratur Testamenti factio. l. 20 ff. §. ult. h. t. Thes. 15.

Ad factum Testandi requiritur voluntatis Testatoris declaratio, quando Testator presentibus Septem testibus suum esse Testamentum dicit: ejusdemque aut alterius subscriptio, si ipse scribere nesciat. *l. 2. C. d. Testam: Das er öffentlich ansage das solches so er da leget sein Testament sey / und vor den sieben Zeugen allen mit eigener Hand unterschreibe. Constitut: imperii de Anno 1512. Ut Actus unico contextu nullo extraneo interveniente regulariter perficiatur. requiritur a. ideò unicus contextus ne memoria per actum extraneum interpositum vivetur. Anton. Peretz. in C. h. t. Secundo deli-*

do desideratur, ut nullus *actus extraneus*, vel *con-*
tractus interveniat. l. 21. §. ult. ff. h. t. l. 26 ff. d. v. So
quod eua dicta *imperii Constitutio* statuit. Alß
dañ desselben Tages und Zeit ohne das einige an-
dere auswendige Handlung oder Weile de Anno.
1512. von Notar. rub. von Testam.

Thef. 16.

Restatut paucis etiam dispiciamus de te-
stamento Nuncupativo, quod à *Nuncupando*
dicitur teste, *Zoëzio ad C. Justin. Nuncupare*,
h. l. idem est ac *Nominare* h. e. nominatim &
certis verbis expressè exponere *Excell. Ger-*
hard. in tract. h. t. alig. varron. & fit sine
solemnitates *scripturæ*, §. 14. *inst. d. Testam.*
ord. und in seinen wesen oder substantz nach kei-
ne *Echrisse* bedarff. *Recessus imperii Colonien-*
ses de Anno. 1512. Von ordnung der Notarien
und darumb ein *Testamentum Nuncupativum*
&c. quandò *Testator* coram septem *testibus*
rogatis, (inter quos *Notarij* computari potelt)
l. hac consult. 8. C. qui Testam. fac. poss. pa-
lam, hoc est clarè & intelligenter, ita ut à testi-
bis exaudiri possit, *Haredem* nuncupat & ul-
timam suam voluntatem aperit, §. ult. *inst. d.*

C 3

Test.

Testam. ordin: quæ hodiè de frequenti usu à
Notario redigitur in scripturam, nec opus est,
ut testes subscribant aut subsignent &c.
Consul: & Constitut: imperii die form eines
Testaments das Nuncupativum genandt wird:
itaque in Testamento Nuncupativo ea dem so-
lemnitates requiruntur, quæ in scripto sunt ne-
cessariæ, præter externam solemnitatem scri-
pturæ, subscriptionis & subsignationis. *Anton-*
Peretz. n: 12. C. d. Testam: Hæc verò septem
testium solemnitas jure civili introducta quin
variis locorum. Statutis mutari atque remitti
possit, id omni dubitatione vacuum est. *jura e-*
nim civilia sepè mutantur vel tacito consensu
populi, vel aliâ poste a lege latâ. §. 11. inst. d. J. N.
G. & C. De jure Lubecensi coram duobus
senatoribus vel civibus possessionatis Testa-
mentum Nuncupativum conditur, & usque
ad decem marcas argenti confectum valet, ver-
ba Statuti Lubecensis huc allegare lubet. Wer
ein Mündlich Testament machen will der soll es
thun in gegenwart zweyer Rathsmannen / wann
man eylendz zwo Raths Personen nicht haben
kan / so können zweene besessene Bürger ein Tes-
tament bezeugen / doch allem von Zehen Mark
Silbers / darunter woll und nicht darüber. Lib.
2. Tit.

2. Tit. 1. d. Testam: & Legat: à quo non diuena
rit jus Hamburgicum Tom: 3. Tit. 1. art. 2.
De jure nostro Svecico subsistit Testamentum
usque ad vigesimam partem omnium bonorū
tam mobilium quam immobilium: verba Tex-
tus hæc sunt. Will nåfor gōra Testament has
fui tå wåld gifwa hwaru tiunda penning aff allo
sino gottse rōrlifo och orōrlifo. E. B. St. L. c. 9.
De jure insuper Austriaco conficitur Testamen-
tum coram duobus testibus. Teste Laym. d. ult.
Volunt.

Thef. 17.

Progredimur de hinc ad Testamentum mi-
nus solemne Patris inter Liberos, quod nullas
solemnitates desiderat. l. ult. C. d. fam. Ercisc.
neque necesse ut testes rogati interveniant.
ad l. hac consult. S. imperfect. C. d. Testam: pr:
d. l. ult: C. fam. Ercisc.: add: & Schneuvim:
sub tit. d. Testam. rubr. d. solemn. Testam. n. 13.
presumitur namque fraudis suspicio à parenti-
bus, & liberis abesse. modo testamentum
pater manu suâ conscripserit, vel alius quidam
ex Patris voluntate & jussu, à Patre verò sub-
scriptum Novell. 18. c. 7. Gaius obs 12. n. 114.
quamvis in Contrar. dissentent Cujac. in suis
Consulto.

*Consult. 1. Novell. 107. & plures alii. Inter Testa-
menta minus solemnia locatur à quibusdam
Testamentū tempore pestis factum, ubi qui-
dem testium numerus ordinarius adhiberi de-
bet separatim tamen singulis dari potest Testa-
mentum l. 8. C. d. Testam. alii statuunt quod i-
dem rectè condatur, coram paucioribus, & si
haberi possint quinq; testibus, si scilicet testa-
tor tempore Pestis conditi testamenti ægroet
morbo Pestis & propter metum contagionis
copia major testium haberi non possit Clarus
Testam. quest. 56. n. 3. secund. Constit: Saxon:
testamentum tempore Pestis factum, vālidum
habetur duobus testibus adhibitis: ita Consti-
tur: verba habent: Wan einer so an der Pestilenz
lieget / oder in dessen behausung solde Seuche re-
gieret / ein Testament vor Drey oder Zween
Glaubwürdigen Zeugen machet / das so viel die
solemnitet der Zeugen anlanget / solch Testa-
ment / zu recht vor beständig zu erkennen: de ult:
volunt. par. 3. Const. 4. His accensetur & Te-
stamentum ad Pias Causas in quo duo testes
sufficiunt, etiam non rogati & licet sint foeminae
Jul. Clar. lib. 3. sent. 5. Testam. quest. 6. n. 2. & 3.
gaudet hoc Testamentum Privilegiis re-
stamen-*

stamenti inter liberos *iraq. d. privil. pie caus.*
Pia autem Causa censetur cum vel amore
Dei, vel ex commiseratione miserabilium perso-
narum, Ecclesiis, Xenodochiis, pauperibus,
captivis aliquid relinquatur. *Excell. Habn: in*
Disp. ff. 7. d. tabell qui testam: fac: poss: idem-
que sancitum reperitur jure nostro Svecico:
Giffuer någor man ilöösörum kirkio / Kloster /
Epitala / eller prester ther skulo tve boolfasta
mån wiederwara R. B. St. L. c. 14. Denique
Testamentum apud Acta aut coram Principe
conditum etiam minus solemne quibusdam
habetur quam sententiam tamen dubiam pu-
tarem (ob verba prima in l. 19. C. de Testam.)
& absque testibus subsistit: idemque disponitur
de Const. Saxon. also auch wo etwer ein Testa-
ment daheim schreibet / oder schr. iben lasset / und
leget dasselbige hinter das Gerichte / so ist es
kräftig da gleich keine Zeugen dabey seyn Const.
3. de ult. volunt. par. 3. etenim presentia judicis
omnem aufert fraudem, & falsitatis suspicionē.
Intelligitur autem testamentum coram iudice
fieri, non modo tunc, quando quis ad Curiam
venit, & in iudicio declarat suam voluntatem,
sed etiam tunc quando domi ab ægroto con-

D

vocatur

vocatur Magistratus & Auctuarius Publicus,
&c. *Wesenb. in ff. qui Test. fac. poss.* Ratio
quia Acta intelliguntur ibi esse, ubi aliquid fit
Autoritate iudicis. Quod etiam Sancitum
est *Constit. Saxon. par 3. d. ultim. volunt.*
Wo auch Gerichts Personen von Gerichtsweg
gen zu dem / der da Kranck ist / in seiner Behau
sung auff sein erforderunge geschickt / und er vor
thnen sein Testament macht / so wird es davor ge
halten / als were es coram Actis v. vor Gerichte
geschehen. Ultimo huc etiã refertur Testamen
tum minus solemne Rustici ad quod septem
testes adhibentur si tot literati non invenian
tur quinque sufficiunt *per l. ult. C. de Testam.*
hoc & expresse sancitum est in *Const. imperii*,
cujus verba hinc addere placet: Wo Bauers
Leute Testament machen / und mehr Zeugen nicht
zu bekommen wehren / auff's wenigste fünf Zeu
gen noth seyn. cur vero in Testamento Rustici tes
tiũ solemnitas diminuatur, docet *l. 31. C. d. Te
stam. Et quemad: Test. ordin:* in quibusdam
locis Saxonis Testamenta conficiunt Rustici
coram Parocho, & duobus testibus quæ Testa
menti factio etiam in Pomeraniã inter Rusticos
observatur.

Hucus-

Thef. 18.

Hucusque Tam de Testamento solemnī,
quam minus solemnī pro ingenii modulo pro-
posuimus, consequens est ut de *Testamento*
Militari breviter aliquid agamus.

Thef. 19.

Est itaque Testamentum Militare, quod
milites armata militia in Expeditione Consti-
tuti quoquomodo condunt. singulari privilegio
hoc militibus est concessum, vel propter nimi-
am eorum imperitiā in pr. inst. d. Testam.
Milit. cujus imperitiæ causa est, armorum oco-
cupatio quæ facit ut quod Leges præcipiunt,
non sit otium militibus vel cognoscere, vel e-
tiam si cognoverint supersticiosè observare.
Harprecht, in inst. h. t. Hinc Cajus Marius apud
Valer. Maxim. lib. 5. c. 2. se excusavit dicen-
do propter armorū strepitum Leges audire nō
posse. Vel præcipuè propter functionem pericu-
losam l. ult. ff. d. Test. milit. Nemini namq̄ su-
um officium debet esse damnosum l. inter 33. §.
fin. ff. ex quibus Caus. maj. l. sed si. 7. ff. Testam.
quemad. aper. Excluduntur ergo Milites
Togata militiæ, ut sunt Procuratores, Advoca-
cati, Doctores, Professores, hi namque Legū
D 2 sunt

sunt periti, & extra vitæ periculum versantur.
Cæterū testantur dum sunt in *Expeditione*, hoc
est quando actu militant, quamvis non sint in
conflictu duobus aut tribus testibus *l. 24. ff. d.*
M. T. & valet hoc Testamentum in Castris fa-
ctū intra anni spacium modò honestam, i. cau-
sariam missionem meruerint *l. 26. ff. b. t.* quan-
quam *cæci* aut *surdi* fuerint h. e. non naturā
ita nati, sed casu facti. *l. 4. ff. d. Milit. Test.*
Si verò illo tempore quo in prælio vitæ sortem
derelinquunt, quod in vaginā aut clypeo literis
fangvine suo rutilantibus annotaverint, aut in
pulvere gladiis suis scripserint, hujusmodi vo-
luntatem esse stabilem nec testibus indigere
l. 15. C. d. Test. Militar quod etiam verum est in
Limitaneis militibus qui sub Liminarchā, h. est
præfecto limitis Provinciæ terminos ab hosti-
um incursionibus tuentur, *l. munerum civili-
tium ff. d. muneribus & Honoribus.* Unde
gränken seu stationariis s. præsidariis, qui cer-
to alicui loco defendendo destinati sunt *l. 2. §*
8. C. d. off. perfecti Afr. So auff Herren be-
festungen und Besatzungen liegen. Nam propter
subita eorum discrimina (intellige quando hos-
tis imminet) censentur etiam in Expeditione.
Hoc

Hoc Privilegium Romanorum militum, etiã nostris militibus tribuendum, quia non pro Regione modo, sed etiam pro sanctissimã Religionem sanguinem animamque impendunt. *Schneidvv. n. 8. d. Test. Milit* minimè verò *otiosus ac vagabundis militibus* vulgò *Hünerfresser* aut *Hünerfänger*. *Extra Expeditionem* verò testantur milites jure paganorum, hoc est: non militantium. Præsertim si ipsi milites armata militiã in ædibus suis extra Castra, Testamentum solemne in scriptis vel Nuncupativũ velint condere. *§. 3. inst. d. mil: Test: vid: Constit. imperii de anno. 1512. rubr: Von Testament* jedoch die Ritter so nicht in solcher Übung und streit / &c.

Thef. 20.

Claudet nostram Dissertationem *Codicillus*, qui est *voluntas minus solemnis, siue in scriptis siue sine scriptis facta, de eo quod quis post mortem suam fieri velit sine directã Heredis institutione.*

Thef. 21.

De origine *Codicilli*. *Codicillorum* luculenter & copiosè differit *imp: in pr: inst: d.*

D 3

Codi-

Codicill. ut neccessè non sit aliquid addere, porò
rò ponuntur in Definitione verba illa *sive in*
scriptis sive sine scriptis. nam propriè fit Co-
dicillus in scriptis, etenim Codicillus qui fit
sine scripturâ abusivè tantû Codicillus dicitur,
Wesenbec. in ff. d. j. Codicill. n. 3. etiam sine
scripturâ per nuncupationem fieri potest *l. fin.*
§. 3. C. de Codicill: coram quinç, testibus casu
advenientibus Masculis, sive foeminis. l. ult: C:
h. t. quamvis dissentiat *Zoës: in C: h. t: &* non
solemnitatis, sed probationis causa adhibitis
arg. l. 18. ff: d. Testib juncta l. 20. §. mulier 6. ff.
quitestam. fac. poss: ultimò dicitur *de eo quod*
quis post mortem suam fieri velit sine directâ
Heredis institutione, quæ ultima verba Co-
dicillos ut & Testamenta s. ultimas voluntates
â Contractibus, idemque Codicillum á Testa-
mento solemnî secernunt. Hodîè pro Codicillo
lis valet præsumptio præsumuntur namq; & cõ-
sentur tacitè esse confirmati. Hinc frequenter
â Testatorib9 seu Notariis, Testamentis apponi
solet clausula Codicillaris, quæ ferè talis est:
Sinon valeat jure Testamenti, valeat jure Co-
dicillorum vel cujuslibet alterius voluntatis.
auff

auff dem fall diß Testament nicht als ein
Zierlich Testament bestandt oder Krafft haben
möchte / so soll es doch gehalten und vollzogen
werden als ein Codicill. infirmantur autem Co-
dicilli voluntate contraria Defuncti nuda
arg. l. si iure 18. ff. de Legat. vel quando confis-
ciuntur Codicilli contrarii. l. 5. ff. d. jur. Codicill.

Tantum

Triuni Gloria.

SVedica gens Marti, communis opinio, Sveta est:
Ast Arti credas quod quoq; Sveta fiet.
Addubitas? præsto est, tibi quem Stockholmia testem
Exhibet, HERMANNI, gloria amata Dex.
Hic adeo felix sinuosa volumina Juris
Affidua trivit nocte dieque manu.
Ut, quando rata sit, vel cassa suprema voluntas,
Judicii arguta dexteritate probet.
Gratulor hinc: Laudis, quam contulit exera terra,
Patriamox reducipremia digna dabit.
Magna reportetur nam quamvis gloria Marte;
Usque tamen major Juris ab Arte venit.

Gratulabundus adjecit

PRÆSES.

Vix HERMANNE tuas locus est conscribere laudes,
Quarum non, fateor, copia nulla tibi est.
En clarum profers CLARO sub PRÆSIDE doctis
Jam thesibus specimen, quod sibi poscit honos.

TESTA-

TESTAMENTA satis quid sint, quo jure modoque
Fiant, disquisis, differis atque probas.
Hinc TIBI nunc, cui sat curæ PRUDENTIA JURIS
STMPATRIOTA fuit, gratulor ex animo.
Comprecor, ut summus Deus hæc tua cæpta secundet,
Atque DECUS patriæ sis, maneatque diu.
Jura studes, eademq; refers, bene jure peritus,
jurenè justa TIBI præmia juris erunt
Sufficiat mihi nunc justum subnectere votum:
JVDICE SVB IOVA cresce Vigeq; VE DAVID!

*Prolixiori animo ac calamo
deproperat*

BRYNTHO MAGNELIUS
VVerml.

QVot frutices Sylvæ, quot flavas Tybris arenas,
Mollia quot Martis gramina campus habet:
Commoda tot Regnis affert meditatio Legum:
Perge bonis avibus, omnia cæpta tibi
Supplico succedant Zephyro, & tu longè superstes
Condecoros Patrios dexteritate Lares.

*Ita Pereximio atq; Præstantissimo Dno. Da-
vidi Hermanno Holmiâ Sveco, amico suo
maximo pere dilecto gratulatus undus
ὁλοφύχως apprecatur.*

Iohannes Gudmanni Broch Scanus
S.S. Theol. & Phil. Stud.

Leges qui pensas & quid liceatque nefasque
Inquiris, trepidos ut tueâre bonos,
Plectas & duros nimium mentisque malignos,
Egregium facinus suscipis ecce tibi.

Ergo

Ergo precor multum tibi DAVID summè colende
In fructûs patriæ possis adiretuæ.

gratulab. relinquere voluit.

Magnus Petri Tofftovius Scanus
S.S.Theol. Stud.

Fundamentum Romæ Romani binâ delubra
Splendida, VIRTUTIS quoque HONORIS quæ vo-
citabant,

Clausum erat ast illi quod dicebatur HONORIS
VIRTUTIS qui non superarit limina templi;
Templum VIRTUTIS DAVID HERMAN jam supe-
raſti,

Ingredere in templum quod consecratur HONORI
Ipsius qui duras Musas scopulosque earundem
Transisti; nam mox insigni laude corusces;
Gratulor ergo tibi, voveo nunc optima quævis
Omnia quo possint felici cardine volvi.

*Ita Pereximio atq; Præstantissimo Dno. Re-
spondenti, fautori, Amico & conterraneo
honoratissimo congratulari voluit ac
debit.*

Gabriel Lundebergius
Smolandiâ-Svecus.

Ingenii qui sint dotes HERMANNE colende,
Præclarum specimen non sine laude probat.

Gratulor ex animo cœptis sudore paratis
Ut pergas constans pectore vota precor

Omnia

Omnia det DEUS voto tibi prospera cedant,
Non labor in somnis studio vanescit inani,
Sed Patria & Phoebus munera larga dabunt.

*Hacce pereximio ac praestantissimo Dn. Res-
pondenti hujus Disputationis Authori Ami-
co & Sympatriota suo prae modum dilecto,
gratulab. adposuit.*

Æschillus Roschvius
Smolandiâ Succus.



Witteberg, Diss., 1664-65

ULB Halle
004 716 361

3



1

VD17



EXERCITATIO JURIDICA
DE
TESTAMENTIS

Quam
D. O. M. A.

IN

CELEBERRIMA ACADEMIA WITTEBERGENSI

CONSENSU

MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS,
SUB PRÆSIDIO

VIRI NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSUL-
TISSIMI;

DNI. MICHAELIS FRIDERICI
LEDERERI,

J. U. Doctoris longè dignissimi Patroni
Fautoris summa animi observantia
honorandi.

Publico Examine submitter

DAVID HERMANNI

Holmiâ Suecus

A. & R.

in Auditorio Ictorum

Die 28. Aprilis.

Wittebergæ, typis Johannis Flaken, 1664.

11
4

1664

ga

11

